

doceat Mat. 6.b.14.15. & 18.d.35.c. Verum alio respexit Iacobus, quem admodum dictum est. Mutuam n. precationem cū mutua confessione coniungit. Quod significat in hoc p̄dēesse confessionem, vt fratum precib. iuueniatur apud Deū. Nam qui necessitatis nostræ conscientiæ sunt, ad orandum incitantur, vt nobis subveniant: quos vero latent morbi nostri, iij ad op̄ nobis ferendā sunt segniores. a. Iterū vero pdunt hoc loco suam in seitiam Papistæ: nam illum detinent aī auticularē istam confessionem: qua p̄cipiunt facerdoti alio cui omnes peccatorum species recensere, & ab illo absolutionem a peccatis expetare, quā tamen nihil horum in mentē venerit Iacobo: c. ex eius verbis infere etiam promptum esset, solos sacrificios debere confiteri. Quando enim mutua hic vel reciprocā (vt crassius loquamur) confessio exigitur, non alijs certe ibentur confiteri peccata sua, quam qui vicissim ad audiendam alterius confessionem sunt idonei. At qui hoc sōli sacrifici sibi vendicant. Ergo ad eōs solos aleganda est confessio. b. Sed vbi vel scriptum, dictum, vel p̄ceptum est, quod ~~ad~~ ~~ad~~ inuicem, sit ratus confessor & vñctus sacrificex? quod confiteri sit omnes peccatorum species recensere? Ita vero stultitiam suam produnt miseri, quoties sua Scripturis firmare volunt. c. Clare sonant Iacobi verba, non alio fine confessionē nobis p̄cipi, nisi vt qui mala nostra noverint, ad opem ferendā magis sint solliciti. b. Alioqui si de confessione sensisset, q̄ sacramenti p̄nitentiae partē appellant, non addidisset vobis inuicem, sed Sacerdotib. Et ORATE ALIT PRO ALIIS. A. Hic aperte vides mutuam prædicationem cū mutua confessione coniungi: quo melius Papistarum vel stultitia vel improbitas appareat: c. qui suspiratoriā sua confessionem superiore testimonia astuere conantur. MVLTVM ENIM VALET DEPRICATIO. Ne quis putet hoc fieri sine fructu, dum alij pro nobis orant vtilitatē & effectum orationis prædicat. Nominatim vero dicit precationē iusti, quia impios Deus non exaudit. Ioh. 9.f.31. Nec ad Deū accessus patet, nisi p̄ bonam cōscientiā. Heb. 10.d.22. A. & fidem. Eph. 3.c.12. & He. 11.b.6. c. Non quod in propria dignitate fundatæ sunt nostræ preces: sed quia fide purgatū cor nos habere oportet, vt nos in conspectum Dei offeramus. Testatur ergo Iacobus, instos aut fideles vtiliter, nec sine effectu p̄ nobis precari. AVG. Nā oratio iusti clavis est cœli, ascendit precatio, & descendit Dei misericordia. Licer alta sit terra, altum cœlū, audit tamen Dominus Deus hominis lingua, si mundā habeat cōscientiam. Cum sensib. loquitur, si sit solus noster gemitus, sufficit aurib. imber oculorum: fletus citius audit q̄ voces. EFFICAX. c. Videtur hæc particula esse superflua. Nam si multū prodest oratio, proculdubio est efficax. Quod Vetus Interprestrans tulit Assiduū nimis est coactum. Iacobus n. Grecio parti-cipio vtitur ~~cōḡzōmū~~, q̄ tantundem valet atq; Operatus. Posset a. iic telolui oratio. Multum prodest, quia est efficax, vt sit argumentum ductum ab illo principio, q̄ Deus non vult irritas aut otiosas esse fidelium preces. Inde non immerito colligit multum valere: sed hoc potius ad præsentem circumstan- tiā restringitur. Proprie n. preces nostræ ~~cōḡzōmū~~ dici possunt, dum no- bis necessitas aliqua obijicitur: quæ seruum orandi affectū excitet. Quotidie oramus pro tota Ecclesia, vt peccata illi Deus remittat. Mar. 6.b.12. Ied tunc vere in actu est oratio, quam succurrere contendimus ijs, qui laborant. Talis potro efficacia in fratum precib. esse non potest, nisi nos laborare sciant. Ideo hæc causæ redditio non est generalis, sed ad priorem sententiam specia- liter aptari debet. l. Ceterum quantum valeat & ponderis habeat credentis hominis oratio apud Deum, innumeri Scripturæ loci testantur, p̄cipue vero isti sequentes, de Samuele, 1.Sam. 7.b.8. de Solomone, 1.Reg.8.c.23. Ad hanc orationem efficacem monet Dominus per Zachariam, cap.10.a.1. per Ieremiam, cap.42.a.2. per Mosen, Exod.17.c.11. per vitrum Dei, qui regi Iero- boam aridam manum oratione sua ad Deum restituit, 1.Reg.13.b.6. per ora- tionem Petri, qua Tabitha à mortuis reuocata est, Act. 9.g.40. de Eliseo, 2. Reg.1.d.24. & 4.f.35. Item Iob.42.c.10. & Prou.15.d.19.

17 Eius homo erat ipsisdem palisionibus obnoxius, quibus nos, & precatio ne precatus est ne plueret: & non pluit super terram annos tres & meniles sex.

18 Et rursus orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra produxit fructum suum.

ELIAS HOMO ERAT. b. Superiori sententiæ appendit exemplum, quo sua confirmet. c. Quum autem innumera eius rei q̄ probare vult exempla extant in Scripturis, vnu tamen elegit p̄ræ alijs illustre. Magnum enim hoc fuit, quod Deus precib. Eliæ cœlum quodammodo subiecit, ut eius votis obserueretur. Cœlum Elias trib. annis & dimidio clausum suis precib. tenuit: rursum aperuit, ut largam pluuiam subito funderet. Hinc ergo mirifica pater operationis virtus. l. Nam si precib. vnius p̄ij viri cœlum obtemperat, mirum non est, si Deus ad ignoscendum facilius placatur precib. multorum. c. Nota est ac celebris historia, quæ legitur i. Reg. 17. a. 1. & 18. g. 45. Tametsi autem diserte illic non traditur Eliam orasse, siccitatatem tamen & pluuiam eius precibus datam esse colligi facile potest. Ne quis autem obijceret longe non distare à gradu Eliæ, cum collocat Iacobus in nostro ordine, quum dicit, hominem fuisse mortalem, & iisdem nobiscum passionibus obnoxium. a. q. d. N.

est q̄ quispiam obijciat se non esse sanctum & iustum, sed peccatorem & hominem varijs æruminis & passionib. obnoxium. Videte mihi Eliam illum, qui & ipse homo erat, ijs quoq; præditus affectibus, quib. sumus prædicti omnes: quia vero fidem habebat in Deum, oravit, nec vana fuit eius oratio, impetravit enim, quæ hominib. videntur impossibilia. A. Hæc Eliæ descrip-
tio nobis valde necessaria est. c. Nam ideo minus proficimus ex sanctorum exemplis, quia ipsos fingimus semideos vel heroas, quib. peculiare fuerit cū Deo commercium. Ita ex eo, quod exauditi sunt, nihil fiducia concipimus. Ut hanc Ethnicam & prophanam superstitionem Iacobus excutiat, sanctos in carnis infirmitate considerandos esse admonet: ut discamus, non eorum meritis, sed orationis efficacitatem tribuere, q̄ omnia à Deo impetrarunt. Hinc apparet, quam pueriliter Papista, qui ad sanctorum patrocinium confugere docet, quia exauditi fuerint à Domino. Sic enim colligunt, Quia ille obti-
nuit, quod petebat quamdiu vixit in mundo, nunc optimus erit post mor-
tem nobis patronus. Hæc argutia Spiritu sancto incognita fuit. Nam ex ad-
uersoratiocinatur Iacobus, qui tantum valuerunt eorum preces, debere nos similiter eorum exemplo hodie orare, idque nos non frustra facturos. Itaq;
notanda est, exempli applicatio. Non dicit Iacobus, petendam esse siccita-
tem à Domino, quia hanc impetraverit Elias: possemus enim inconsiderato
zelo temere ac stulte æmulari Prophetam. Ergo tenenda est orandi regula,
vt ex fide, in hoc ergo accommodat exemplum. Quod si exauditus fuit Elias,
nos quoq; exaudiemur. Nam quum sit commune orandi præceptum, &
communis promissio, sequitur effectum quoque fore communem. Et RVR-
SVM OR AVIT. A. Quum dicit ad Eliæ preces cœlum dedisse pluiam, signifi-
cat Deum preces ferui sui exaudisse, de qua re vide 1. Reg. cap. 18.

19 Fratres, si quis inter vos errauerit à veritate , & conuerterit
quispiam eum.

20 Sciat quod qui conuerterit peccatorem ab errore vitæ suæ, *Al eo ani-*
seruabit animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum. *mam eius*

FATIGATI, & **INFERMI**, & **ANIMAS** in morte, et operiet multitudinem peccatorum.

FRATRES, SI QVIS INTER VOS. 1. Insigni doctrina absolvit Epistolā. Transit enim à corporis infirmitatibus ad animi morbos; maxima illis pollicens præmia, qui correptos animi vitijs diligenter curant. Et CONVERTEBIT QVIS P. EVM. A. Solius quidem Dei est h̄c m̄nes ad se conuertere: sed quia v̄tūr hominum opera, dicuntur quodammodo alios conuertere, 1. quum op̄etā impendunt, vt peccatores ab errore suo resipiscant. A. Sic Christus in Euangeliō loquitur, Si te audierit, iucratuſ es fratrem tuum. Matt. 18. b. 15. Et Paul. Timotheo scribit, Permane in his: Hoc enim si feceris, & te ipsum seruabis, & eos qui te audiunt. 1. Tim. 4. d. 16. SCIA T QVOD QVI CONVERTIT. Hoc fit in Spiritu charitatis & humilitatis, non rigore p̄sumptuose potestatis. Vide Galat. 6. a. 1. SERVABIT ANIMAM A MORTE. c. Ab effectu nobis commendat fratrum correctionem, vt maiori studio in eam intenti simus. Nihil prestantius aut magis optabile quam animam eripere ex morte æterna: hoc autem facit, qui fratrem errantem reducit in viam. Ergo tam p̄clarum opus minime negligendum est, Cibum dare esurienti & litienti potum, videmus quāt̄ Christus æstimet. Mat. 15. c. 35. & 10. d. 42. Atqui i multo pretiosior est illi animæ salus, quam corporis vita. Cauendum ergo ne nostra ignavia pereant redemptæ a Christo animæ, quorum salutem quodammodo in manu nostra ponit Deus, non quod salutem conferamus iphi, sed quod Deus ministerio nostro liberat ac seruat, quod alioqui videbatur exitio propinquum. a. Illud ergo perpendamus, Si pius est, si Christianæ charitatis communio, preciō subleuare morbum corporis alieni, quanto magis parest, vt animi morbo laborantibus subueniamus! Neque enim magnum est hoc impetrare preciō, vt huic aut illi mox aliquanto ferius accidat, omnino tamen aliquando ventura: sed magnus est vitasse morte animi. A. Quare totis viribus studendum nobis est, vt errantes ab errore via sua resipiscant, & ad eum conuertantur, b. qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & vivat. Eze. 18. g. 32. c. Aliqui codices habent, Animam eius, quod de sensu nihil mutat, diversa tamen lectione plus habet energiæ. ET OPERIET MVLITUDINEM PECCATORVM. Alludit potius ad dictum Solomonis, quam protestimonto citet. Solomon dicet charitatem tegere peccata, quemadmodum odium ea profert. Proh. 10. b. 12. Nam qui oderunt, libidine sese mutuo infamandi ardēt: qui amant, libenter condonant inter se multa. Charitas ergo peccata se pelit apud homines. Iacobus hic altius quiddam docet, nempe quod delectantur coram Deo: ac si diceret, Solomon hunc charitatis fructum prædicat, quod regat peccata, atqui nulla melior aut magis salutaris regendi ratio, quam vbi in toto coram Deo abolentur. Hoc autem sit, quum peccator nostra admonitione reducitur in viam. Eigo huc præcipue & magis sedulo incumbendum est. 1. Proinde qui firmiores sunt, præbita manu ducant infirmiores & ferant: qui docti & rerum diuinarum sunt gnari, errantibus fratrene amiceque viam demonstrant: in summa, alter alterius onus ferre satagat, a. vt Christi Lex impleatur, Galat. 6. a. 2. Ita fieri, vt Christus nobis peccata facile condonet, si de aliarum salute, & ipsi solliciti fuerimus.

IN PRIOREM EPISTOLAM PETRI APOSTOLI CATHOLICA
EXPOSITIO ECCLESIASTICA

Auborum uamina, qui in commentariis in hanc Epistolam citantur.

- B.** Bulingerus. **c.** Caluinus. **c.** Christoph.Imlerus. **m.** M.Lutherus. **o.** Occumenius. **p.** Pelicanus. **par.** Paraphraastes. **v.** Vitus Theodorus.
A. Aug.Marlarius.

A R G U M E N T V M

PER ETRVS , quemadmodum & Iacobus , Iudæis scripsit sparsim in colenzibus Gentium regiones , ad Christum conuersis , Epistolam profecto Apostolo dignam , plenam authoritatis ac maiestatis Apostolicæ: **a.** quæ tamen paulo obscurior est , non modo propter len-tentias reconditiores : sed & propter ordinem perturbatiorem asperiorumque. **b.** Hortatur autem fideles ad sui abnegationem mundi-que contemptum , vt liberi eamnis affectibus terrenisque omnibus impedimentis , soluti ad cœlestè Christi regnum roto animo aspi-rent , vt spe erexit , suffulti patientia , fortitudine & constanter muniti , tentationes omne genus superent , atque hoc studium & meditatio-nem tota vita prosequantur. Itaq; statim à principio qua potest verborum amplitudine Dei gratiam nobis in Christo patefactam prædi-cat , **v.** docens quid per Christum sperare debeamus , quum è mortui sunt etatus , & in æterna vita sit: nempe , vt nos per ipsum eandem hanc vitam æter-nam sperare possimus: **b.** Et quia persequitio à fide vel abste rebar , vel proflus auocabat (vt sit) plurimos , potissimum hortatur ad patientiam , **a.** ostendens quanta fidelib. redeat utilitas ex ipsis afflictionibus: **o.** Deinde enarrat & ostendit , quod fides in Christum a Prophetis annuntiata sit , & per ipsos significata redemptio , quæ per ipsius sanguinem fieret , quodq; ipsis & Gentibus annuntiata sit: omnia , ad quæ deiderant Angeli prospicere. **c.** Inde ad sancti-